

» Hostasius de Polenta civitatum Ravenne et Cervie dominus, do-
 » minus Sichus de Caldenazo, sive de Castronovo et frater et ne-
 » potes ejus quos dicti syndici et procuratores Venetiarum et Flo-
 » rentie dixerunt adhexisse et favorem dedisse dictis comunibus
 » Venetiarum et Florentie in guerra predicta, cum civitatibus et
 » terris quas tenent ac cum gentibus eorum et cujusque eorum, si
 » placuerit eis aut ille vel illi ex eis, cui vel quibus placuerit, salvo
 » quod superius dictum est de facto Marosteghe, inserantur et in-
 » cludantur, et pro insertis et inclusis habeantur et sint in pace
 » presentis, et eis dicta pax debeat observari et manuteneri, et cui-
 » que ipsorum per dictos dominos de la Scala et gentes et terras
 » eorum, et quod contra eos vel contra statum eorum seu civita-
 » tum, terrarum, castrorum et locorum suorum aut alicujus eorum
 » dicti domini Albertus et Mastinus per se vel alios non inferant
 » nec attentent, nec inferent vel attentabunt novitatem, guerram,
 » detrimentum, vel sinistrum aut aliquod contrarium, nec inferen-
 » tibus aut attentatibus, seu inferre vel attentare volentibus consen-
 » tiant, nec favorem, transitum vel consilium exhibeant ullo modo,
 » vel ingenio. Promittentibus et observantibus e converso et simili
 » modo predictis et quolibet eorum esse volentibus in pace predi-
 » cta erga dictos dominos de la Scala et terras et gentes eorum-
 » dem, cum stipulationibus, obligationibus, penis et omnibus so-
 » lempnitatibus opportunis. De quo videlicet si predicti aut aliqui
 » eorum esse voluerint et includi in dicta pace vel non sciatur et
 » habeatur ab eis certitudo, promissio et effectus infra tres menses
 » a die stipulationis hujus contractus immediate sequentes.

» Item quod egregii viri domini de Castrobarcho, domini Fe-
 » dericus et fratres marchiones de Villa francha, dominus Franci-
 » seus de Ordelaphis civitatum Forlivii et Cesene dominus, domini
 » de Beccaria de Papia, dominus Pellavicinus marchio de pellavi-
 » cinis et filii, dominus Spineta marchio Malaspina, nobiles de Cor-
 » rigia et nobiles de Foliano, quos dicti domini de la Scala seu
 » procurator eorum predictus, dixit adhexisse et favorem exhibuisse